

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Synonyma medicinae sive clavis sanationis

Simon <lanuensis>

[Venedig], 13. Nov. 1486

B

[urn:nbn:de:bsz:31-315861](#)

Auissa virga est sarmentoſa folia huius rotunda i qua
virga ſemē pferit in modū capis alpidis et lata-
nascitur locis montuosis et asperis et c.
Auliſcus eſt cānula qua aliquid in aure exiſtēſ ſug-
gitur vt **Alerā**. c. de eo q̄ cadit in anrem grecū ē
Aumeli exponit. **A**. q̄ eſt oleum dulce valde ſpissū
ſicut mel et plus et extrahitur ex cruce arboris que
eſt in terra murtie dulcis et non dicit cuius arbo-
ris verum in li. **B**. in ara. de ipſo tractatur i ca-
de oleo oliuarum. **B**. oleum mellis et palmaria
ſyrie nascitur ex arbo re que oleum facit in ſapore
ſile melli et c. **F**. **A**. in. v. carmonis tractatu de ym-
gnentis in quodam ca. inq̄t granorum que inueniū-
tur in fructu plāte q̄ dī ſumelli et c. verum primū
ſumeli aliter ſcribitur in ara. ſ. ſic ſecundū vero
ſic q̄ potius ſonat ſomoli. **D**li. ſponte inq̄t na-
ſcitur in ſyrie maritūmis oleum q̄d eleomelli vo-
cant. manat ex arborib⁹ pigre crassiflō melle ut re-
ſina tenuis ſapore dulcis et c. huic accordat albanī
Aunici florū in antidotario vli in confectione cli-
matice tyriacae.
Auquile grece **H**emostenes ē palpebre cōnatura-
ton. i. cōglutinatio. q̄ ſimilis dī et eſt eius natura-
lis congūtinatio.
Auram ara. apōſtema vt in li. dē doctrīna arabica.
Aurea aleatidrina dicta ab auro q̄d recipit. aut q̄
virtus eius preſtat ſup alias opiatas cōfetiōes.
Aureus eſt pondus. 3. i. et ſeis darkimie tantūdem
auellana trīndem.
Auricalcum nomē cōpoſitum er latīno et c. q̄ ſi au-
rum es. nam greci chalcos es vocant.
Auricula muris. **A**. de ipſa ca. ſacit in ſecūdo et nō
eſt maiorana vt putauerunt quidā ſicur. **C**onſta-
tinus in ſecūdo praticē pātegni. aliud nāq̄. **A**. dī
maiorana ſacit ca. p̄terea vide in praticē **J**oā-
nis **H**era. c. dī tortura oris q̄ ipſas diuerſas alle-
rit quāuis in caput purgariſ ſeu iudicem ſint opatōis
A. deſcribit hāc plantā ſm. opinione. **B**. di-
verſam ab ea quā vult. **G**. et videtur ſm. deſcri-
ptio nez eius relata. **B**. q̄ ſit una ex ſpēbus ana-
galis et hoc vult auctor albahque plāta etiā in ca-
put purgariſ ſoptima aſſerit. verum ego vidi ip-
ſam depictam in li. **B**. arabico diuerſaz ab alijs
platis rādem p̄z. **A**. ipaz ignorasse. **H**te. et i ſuis
ſynonimis dicit q̄ angallus eſt auricula muris.
miosata vel vt inueni in greco miota ē dictu eu-
ricula muris. vide inſra in ſermone **D**li. et ſmo-
ne. **B**. ſi in ſynonimis de. **D**. et in leđo praticē
Hali et ſit apparet vt ſupra dictum eſt.
Aurigallis ſm. **B**. dī orinon.
Aurigo dicebatur ab antiquis p̄teritia a colore auri
Cassius felix.
Auripigmentum latinum nomē eſt ab aureo colo-
re. g. arsenicum dī q̄ interdum arſinagon repe-
ritur ara. vero zarnech et azarnech. que ſunt eius
ſpēs. vna que. g. p̄p̄ arsenicum dicitur. et eſt ci-
trinum ſeu aureum laminosum. aliud q̄ ſādaracham dīt. et eſt rubrum non laminosum. **B**. arſe-

nicum nascitur in metallis vbi et ſādaracha. eligē-
dum vero eſt ptes latas in breuitate et aureū co-
lorem huius ſcp̄biles venas huius a ſe ut poſite ſu-
per ptes videatur mūdum non huius aliquas ſor-
des. tale vero in eleſponto nascitur. ſunt enī ma-
rime genera duo. vnum eſt quale ſupra ſcriptus
eſt. et aliud fuscum in colore ſandaraca q̄ ex pōto
et capadocia venit et ſandaraca etiā p vernice
accipit eo q̄ arabes eam ſandaron vocant ut
in.ij. **A**lmenſo. appetet. q̄re qdam translatores
ſandaracham ſcripferunt ut appetet in ſecundo
canone. **A**ui.

Aurum romanum apud. **A**. cū. b. ſcribi debet ha-
vt inſra in ba.

Aurum **D**li. omni inquit auro effuso in eſt argen-
tum vario pondere alibi dena alibi octaua parte
in uno tñ gallie metallo q̄d vocant albucrareſe
tricesimæxta portio inuenitur. vbiq̄z vna ar-
genti portio eſt electrum vocat et c.

Ausegi in regali diſpoſitione pro aufig inuenitur et
eſt rāmnus.

Auſim in antidotario vli ad purgādum pulmonem
Autuſi apud. **A**. nomen ponderis et eſt granorum
ordi nouem.

Arimo. g. apud **D**ribasum capi. de cliferibus eſt
mordicatio.

Arión apud **D**li. eſt noctuaz genus maximū cui
pluma auri mō imicat.

Azabasē ara. ſm **J**o. **H**era. in. vij. in confectione
noiata kaſtigē ē mu. q̄ eſt meu.

Azanie pinee ſm **D**li. vocantur quē arbo re ipaſe
diuſere.

Azaron ſupra in aſrengi. et inde in ſirengi.

Azarahc dicit. **A**. vocari berberos in.ij. ca. ſamir-
beris. ſed **H**te. vocat zeresquia.

Azena ara. cōtracio vt **J**oānes **H**e. ca. dī ſciatica.

Azerenum in tertio praticē **H**aliabas ca. dī ſerti-
ana non vera. trocisci inq̄t de bñſſegi. i. violari ſu-
mātūr azarenū recētiū et c. et nō ſiat ibi viola nec
beneffegi quare vſ q̄ azarenū ſint viole. ſz nec
grecū nec arabicum.

Azul in.ij. canonis. **A**ui. eſt lapis lazuli. ſed arabic.
ſcribitur laſurd.

Azem inſra in epatica et in hazez.

Azarascen inſra in ſefire.

Azelim inſra in granum azelim.

Bitteram greci vita vocat et in
ſono. u. cōſonatiō ſcribunt. **H**ā
diſcut vasilica. latini vero in ſo-
num inſi. b. transferunt et diſcunt
basilica. aliter aut̄ greci ſam. b.
nō ſcribunt niſi q̄. m. ancedit
p. tūc illud. p. in ſono. b. ſcribunt
nam ſcribūt ampelos et legūt ſabelos. b. vō arabes
codē mō ſedam ſcribūt i ſerie ſicut latini et cūdez
ſonib⁹. vēz ſepe ſine vocali aliq̄ p additōem no-
tarū variatur et ſacit ba. be. bi. bo. vēl bu. et ce-
tere consonantes eorum.

Bahar p ham alkaniem ara. stercus a filium.
Bahar p ha.ara. mare.
Bachar ara. vaccha.
Babunegum interdum **H**te. probabonigi q̄ ē co-
momilla scriptit.
Bablegum scriptit **H**te. p bellico.
Bakcha. g. vacca sic scribitur et vacca legunt.
Baccha. z lauri z oliue z edere z forte aliquaz alia
rum arborum fructū dicunt his silēs vesp. lepius
lauri z edere aliquān bachar inuenitur.
Bacchala iaminia **H**te. est blitus ē olus iamenuz.
Bacchalabndicta **H**te. est olus bndictum.
Bacham arabice bresillum lignurn rubicūduz quo
tingitur.
Bachanon in antidotario **O**ribasij electuarium
dyabachanon exponit q̄ est rafanus.
Bbachara asarum ut qdam volunt. sed **D**lini.
bachar inquit eo q̄ radicis tantum odorate esta
qbusdam nardum rusticuz appellatum vnguen-
ta et ea radice fieri solita apud antiquos aristo-
phæs pñsce comedie poeta testis. vnde quidaꝝ
errore fallo barbaricam eam appellant. odor ei ē
cinamomo primus. gracili solo nechumido pro-
uenit z infra. hz error corrigendus est qui
bachar nardum rusticum appellauere. **E**st enim
alia herba sic cognota quam greci assaron vo-
cant. cuius sp̄m figurāq̄ diximus in nardi gene-
ribus quimo assaron inuenio vocari sic z̄. In
hoc concordat cum **B**ya.ca. de assaron. Item
alibi bachar alii qui ex nostris pensam vocat i me-
dicina vſu est. vestibus odoris grā miscetur et c.
post statim de assaron subiungit alibi ab eo bacha-
ris vocatur.
Bacharis. **B**ya. herba est odorata apta coronis.
folia hñs aspera z lata intercisa cui virga ē angu-
losa. longitudine cubiti vnius ramulis plena ex
asperis florem hz purpureum z pingueum z sub-
albidum z odoratum radicem similem eleboro
albo. odorem cinamomo silem locis nascit aspe-
ris z humidis z̄. In hoc ultimo a **D**lini. vide-
tur dissentire.
Barob ara. oua.
Bachile ara. faba. hz **H**te. bachali scriptit.
Bachsis ara. burrus arbor vel ipsum lignum.
Bachal ara. olus.
Bachur marina. scriptit **H**te. p buchormarien.
Baderugum **H**te. p bedarugi scriptit.
Bakle hanicha ara. olus satuu z est portulaca que
olus bndictum d̄.
Bakle iamenie ara. olus iamenuz est blitus vt p̄
per concordiam eius capi. apud **A**ui. cum capi.
de blito apud **B**ya.
Bakle aliendi. i. olus iudaicum exponit. **A**. q̄ ē be-
rebum siue orobum.
Baladhar ara. anacardus.
Balanos g. glans est etiam castanea vt ap̄. **B**.
ca. de driseroch q̄ est quercus inquit balai etiā
quos sardi castanæ aut lepomata aut iouis ba-

lanum vocat z̄. **A**. etiā in uno capitu. d̄ vtroq̄
loquitur grecus valāos prefert. arabs bullet di-
cit. **H**te. balani z etiā babalussum pro bullet di-
xit z albi balustum quercum vocat.
Balanus repfico. **B**. est semē arboris simile mi-
rice z est fructus sicut nucis habentis intus me-
dullāque exprimitur z egreditur humiditas que
ingreditur in nobilibus confectionibus pro o'eo
nascitur in egypto in ethiopia z in iudea z palesti-
na eī. et est granum ben a quo exprimitur oleū
dictum muscellinum de quo. **B**. proprius facit
capi. et vocat oleum balaninum. hoc granum est
album triāgulatum simile cartamo hz maius nec
ita oblongum quo multi v̄i sunt p̄ pipere albo
sic ipsum ē credentes. **H**te. balao miris qui est
ebelbam. i. grana bā. i. ben. **C**ornelius celsus glā
dis q̄ balanon yreplich greci vocat z̄.
Balāus ēt in li. antigā vocatur suppositor. um.
Balana **S**tephanus est herba dicta hebelatribus
z retillia.
Balaustia apud **B**ya.ca. d̄ malis granatis agre-
suum inq̄ malorum granatorum flores greci ba-
laustion vocauerunt quoꝝ alii albi. alii purpurei
alii rosei reperiuntur. cruciatūr vt ypoquistidos
z̄. latini. p̄ balauistia caducum granati accipi. ut.
ego vero vici balaustias delatas ab egypto diffi-
miles nostrie. **C**assius felix ca. de dissinteria.
Item in antidotario in cōfectione laporis dicit
q̄ est flos amoniaci.
Balliotem **D**li. alio nomine porum nigrūz vo-
cant greci herbam fruticosam āulosis caulis
migrie yſutis folijs vinciētibus maioribus q̄ po-
ri z nigrioribus graue olenib⁹ z̄.
Balsamita sisimbiu⁹ menta aquatica idem apud
quodam. arabes vero corūpētes grecum sisna-
bar dicunt. ybi vero exponit nemē q̄ est sisimbi-
um salsum ēt infra in ne.
Balsamus arbor. balsamum o'eum īmo gumi. naꝝ
non est oleum vere qđ. pbatur multis exemplis
Drimo ex eo q̄ videmus adherere labi's vul-
nerum eius ligni a quibus emanant balsamum
etiam in aqua dissoluitur. Et propterea dicunt
auctores q̄ facile de pāno co infecto lanaf. **B**.
vero dicit in aqua innectum primo petit fundūz
postmodum dissoluitur z totam aquam albam
facit. z pp̄terea vocat ipsum lacrimuz. z. g. dicit
opobalsamum. nam opos est lechrymus velut
lac. z similiter opofici vocat lac sicut nec ab ipso
Bya. z opium inde vocatur ab opos z etiā diu-
turnitate temporis desiccatur z induraf hec oia
oleo non cōueniunt. lignum eius vocatur nilebal-
samum semē carpobalsamū. g. df. varsāos ara.
belesē dicit. **B**. balsamus est arbor simile licij z
z in eodem statu aut pirachantes. folia hz rute
similia subalbida flores non caducos. nascitur in
iudea solūmodo cortibus vel locis humectis. est
enim arbor tenera z asperior z oblonga. hec est
in omnibus vtilis q̄ secari potest. opobalsamū q̄

appellatur lacrimus est qui diebus canicularib⁹ colligitur vnguis de scissura arboris supradicte q̄ tam p̄uis locis nascitur vt vir vrcos sex aut septem per annum colligatur quo in loco precium h̄z in libra una argenti libras duas qui lacrimus recens non vetus est eligendus odoris fortioris nō subacidi gustu suauis mordat et sipticus r̄c.

Baras ara. moſea mala fere incurabilis.

Balusti apud Haliabas vocatur quercus.

Baluum in secundo canonis Elui.ca.de busuſ non bene scriptū est.nam in ara.scribiſ balach. et sic ē scribitur in ca.de gallia prio. nā duo de ipa facit ca.sed ascribiſ albellā. sunt dactili imaturi.

Barba aaron dicif iarus que et pes vituli et dracō. tea minor. et fm. **D**yalco. cantica dictiſ ḡfiris.

Barba iouis vocant qdam herbā quēdam q̄ olim pro ſtacadoſ accipiebaſ. nunc vero cognito ſtacadoſ vocat ipm arabicum et supradictū citrinum h̄z.n. capitelum floribus plenum citrinis odori. feris. nō est. n. ſtacadoſ. nam apud auctores nō ē einiſ vna ſp̄es que est cognita. de quo inſra iſtacadoſ r̄c.

Barba yrcina est planta fm. **A**. ex qua fit ypogſtidoſ. ſed barba yrcina est planta quā nos roſa ca minam vocamus. in cuius radice diſtante a ſtipite. plante eius nascitur fungus cuius forma eſt ac li plures baluſtas infigere vnam in alia et face reſ ad modū baculi longitudine dimidi palmi q̄ dicif taratib. qui fungus tonlus et expreſſus ſu cū emittit deinde ad ſpiliſtudinē coctus et ſiccatur ypogſtidoſ effici. **A**. vnu ca. facit i lfa he. d ypogſtidoſ. et vocat ipm beriſtidoſ. ſed in ara. eſt hemiſtidoſ. in quo dicit q̄ eſt ſucus plante dicte barba yrcina. aliud ca. facit de taratib qui eſt fun guſ ſupradictus de cuius ſuco fit ypogſtidoſ ut dictū eſt. et hoc p̄g. **H**erap. ca. de barba yrcina.

Itez aliud ca. facit. **A**. de herba yrcina i quo lo quī de planta ipa et miſtim et confufe tam ſun go eius q̄ eſt taratib q̄ vocat radicem eius q̄ ſypogſtidoſ. qd ait dicit ibi q̄ radix eius intrat in tyriaca intelligo ypogſtidoſ quem putavit ſucuſ radicis. nam rad rhuius plante dura eſt et lignoſa et penitus inutilis. nec miz si arabes in hoc et aliquid alijs errant q̄ nō hñt niſi a partib⁹ m̄ris. **E**chis colligiſ q̄ herba yrcina eſt planta taratib eſt fungus radicis eius quaz ex ipa collegi et vidi fieri inde ypogſtidoſ qui eil ſucus eius ſic catuſ. videſ tñ in li. **D**ya.ca.de cifeos que eſt edera error maniſtuſ. nam circa mediū poſt virtutes edere ipius nascitur inquit circa radices eius ypogſtidoſ quā multi vocant abriton et ſqntinos ſiliſ ſide cuius vna parvuffa eſt et altera alba. bec tondif et expimif ſicut accatia r̄c. **H**oc maniſtuſ ſalſum eſt q̄ plante ypogſtidoſ nō eſt edera nec ſp̄es eius. deinde ſequit alia falſitas. **E**ſi inquit altez genus edere quā multi antiquo vocant. fructex eſt ſimiſ ſupradicte. ſed hec longiora folia h̄z et integra. et neliſio q̄ pinguedinem

ſup ſolia r̄c. et dicit illam pinguedinē eſſe landatum r̄c. In hoc veſt dicit q̄ eſt de genere barbe yrcine et h̄z ſolia longiora et nigriora cuſ humiditate tenaci que eſt materia laudani. ſed nō eſt edera nec ſp̄es eius. Idem erro. apud. **A**. in ca. de cufiſ ſp̄es q̄ eſt edera vbi confundit. et ca. de laudāo veritas hoſz apparet apud **H**era. qui facit ſepa ta et diſticta capſa de omnib⁹ tribus. **D**ya.ca.de ypogſtidoſ. dicit q̄ nascit ad radicem herbe ciſe. forte ppter conuenientiā huius noſi cifa que eſt edera contingit ſupradict⁹ error. Erroris ſupradicti cā fuit ſimilitudo nominū-nam. **D**. in prio li. cifa inquit quā multi ciferon uocat r̄c. nascit circa radiceſ eius ypogſtidoſ r̄c. et inſra. Eſi at tez genus huius cifa quā multi a non uocant r̄c. de hac colligiſ laudanū. et ſic iſtud ca. de rosa canina nō eſt de edera. ſed in. li. li. ciffos et eſt edera multe ſunt ſp̄es eius ſed genera tria r̄c. plequid de edera. et ſic apparet q̄ pp noīum conuenientiā iuncta fuerūt ca. vtriculqz in vnu qd ſati pceperā ante q̄ pueniſſet ad manus meas verus **D**ya. et p̄z p ſupradicta.

Barba filuana dicif q̄ eſt plantago aquatica q̄ ſolum in aquo nascit cuius ſolia ſunt oblique i acutum tendentia erecta ſup aqua ſiliſ ſloris mino ris plataginis niſi q; nō ſunt ei coſte apparetē ſicut plātagini. in dynamidiſ ſcribiſ valere ad im pinguandum.

Barbar nomen eſt etioplastri ſcripti in antidota rio vliſ.

Barbascus flōmos apud. **D**. verbascū. vt **P**li. tarus barbascus. molena vt qdam herbalumina ria vellucernalis ſeu verdatia. vt gallici cuius fm. **D**. tria ſun genera masculus et femina et atrialis ab. **A**. vero buſiūm dicif. ſed in ara. buſiri ſcribiſ ſz in ſra et flō.

Barcanchara dixit **G**re. putredō gre. uocari et eſt piretz. ſed inſra in hakarkarsha qd eſtipm.

Barsace inſra in vefasa.

Bardana lapago maior pſonatia idez fm expōnes antiquas.

Bardenebia in regali diſpone Hali aliqñ pro meliſſa inuenitur.

Barochia ſic uocat **D**acer mellifam q̄ grece mellifobilos dicif.

Barsceguarſem ara. capillus veneris. et dicit. **A**. q̄ eſt coriandru putei. et perice dicif barsceguarſe ſyriace capillus porcin⁹. ara. capillus algol. a **D**. vero adiantu ſue polliticon dicitur. vt. ſ. in ad.

Baruli vocant pufule q̄ apparet in facie maxie iuuenum que fontos dicif.

Basalara. cepe. **G**re. basalum ſcripit.

Basal azir. i. cepe azir. de qua. **A**. ca. ppium ſacit vbi dicit q̄ eſt ſicut ſquilla. et ponit loco eius qn ipsa nō pot haberit.

Basedara. coſallus. based idem.

Basilicon q̄ grecus yasilicon pſert regale interpatur ſeu imperiale. nam greci yafilea regem ſeu

c

Iperatorez dicunt. oſimum apud latinos dicitur
multa habet ſpēs de qbus inſra in oſ.
Basilicon vnguentū regale z eſt terra farmacum.
Basilicon eutotaticon planta quā dyafc. medicon
de qua inſra in me.
Basilicen apud **H**ya. multi ameos dicūt.
Basilica ſerpentaria dicit̄ dracontea colubrina fm
quodam. veſ aliam colubrinā vidi depictam in
libro antiquo.
Basilica etiā ab antiquis gētiana vocabat in libro
antiquo de ſimpli medicina.
Basion **H**te. eſt herba q̄ atanauiſſa vocat.
Bataſtara. ventus.
Batara. anas.
Bacaz̄ ara. cminentia q̄dam carnea in vulna qua
rundam mulieſ que aliquā intantū magnificatur
vt sit velut virga viroꝝ. landicam mulio vocat.
Bateca ara. melo magnus viridis que anguria a q̄
busdā dicit̄. vel alius melo qui apud tunecum vo
catur ſic.
Batim apud. **B**. multi dicramen vocant.
Batitura ſeu ſquama metalloꝝ dicit̄ gre. lepidus.
ara. vero tubel.
Batim vel botim arbor terbentine. vt inſra.
Batracos gre. rana v̄l vatrachos vt ipſi.
Batrachi campice agredine rane parue virides
agrorum.
Batrachion inde a rana apium raninū dicit ſeōm
Hya. batrachion vt inſra.
Batraktion **H**te. vardelbeb. z eſt quēgeum.
Batus gre. rubus ferens mora que batī dicunt. z
batum fm. **B**. quidam elenium vocant que eſt
enula ſed flō.
Bautia paſtinacha.
Baul arab. yrina.
Baurach ara. eſt qđ gre. dicit̄ affronitru z eſt ſpu
ma nitri vt appetat per conco:diā. **A**. ca. de bau
rach. z. **B**. ca. de affronitro nit̄ eſt baurach ru
beum inſra in nitro.
Bazaracaton ara. pſilium.
Bazarakite n ara. ſemen lini.
Bazaredū ſcrip̄t **H**te. pro bezard. z eſt galbanuz
z inſra in bezard.
Bdela grec sanguisuga:

Bdellium. **D**li. in bactria naſciſ bdelliū noiatissi
mum cuius arbor eſt nigra magnitudine olee fo
lii et roboris fructu capufici cuius gumi alij. pcon
appellant. alij malachin. hoc nomen arabes imi
tantur. nam dicūt moſk alij maldacon. nigrū ye
ro z in offas couolutum hadrobolon. eē autē d̄z
traſſicidum. ſimile cere odoratum z cum fricat
pingue gusto amaz naſcitur in arabia. idiaq; et
media ac babillone aliqui barthicum vocant ex
media auctum faciliuſ hoc z crustosius amari
nusq; z gumosum z̄c. **B**y. in armenia naſci dicit
laudat que lucida ſubalbidalenis equaliter cerea
z que facile mollitur pinguis vt criſocola munda
a ligno z ſordibus amara odo:is boni in ſumiga

tione b̄j odorez blactebizanze. ex india aūt. affer
tur ſordida nigra maioris glebe odo:ē aspaltibñſ
z̄c. **A**. diſtinguit indaicum z methium.
Bebonigi apud. **A**. camomilla.
Bechas **L**assius felix ca. de tuſſi humida antiq;̄
ingt tuſſes quas greci chornicas bechias vocant
z̄c. Inde ex robechast tuſſis orida z ide pilule be
chichie q̄ ad tuſſim fiunt.
Bechion apud. **D**li. vocatur ſaluia eo q̄ tuſſi co
fert. duo eius genera ſcribit domesficam z ſilue
ſtrem. ſed aliam plantā vocat. **B**. bechion. **B**.
aūt potion aut periton vocant. folia hñſ edere ſi
milia. vi. aut. vii. ꝑ paulo maiora q̄ circa terram
ſuerint alba ſūt ſuperiora aut angulosa z viridia
ſunt z multa. aſtem hñſ duarū palmarum floreꝝ
viridem hñſ ibi naſcitur hec alia ipſa tenuis eſt
ita vt vir yideri poſſit ſed nec florem putat h̄ere
q̄ florem luū non diu tenet. radix ē illi tenuis et
inutilis aquofis locis naſciſ z̄c.
Bechion apud. **H**te. eſt meschatrame ſit z eſt di
ptamus.
Bechiar vel bechur exponit apud **H**aliabas q̄
eſt tapia z addit̄ eſt. **A**. quiq; agrestem rutam hic
eror in tapia declarabitur.
Bedarugi dicit. **A**. q̄ eſt oſimum fluuiale z q̄ qui
dam dicunt q̄ eſt bederambia. i. mellissa inſra in
oſimo.
Bederengeū ſcribiſ in ara. bederāiuſ z in pātegni
ſcribiſ bederābina z eſt mellissa.
Bedeoardara. exponit **C**onſta. q̄ ē odo:roſe. qui
dam crediderunt q̄ eſt ſpina. q̄dam ſimiſis roſe
q̄ grece t̄ ſinoſbatus accipientes quādam glo
bum ſilem ſpongie in ipaſ ſpiag naſcentem intra
quē interdum vermes inueniuntur. ſed veritas ē
q̄ bedeoard z ſpina alba q̄ achāt. ſleuce apō. **B**.
vocatur ſunt idem. qui non credit legat ca. **A**ui
de bedegard cū ca. de achantisſence z videat q̄
in **H**te. ca. de bedegard. Item. **A**. ca. de ſpina al
ba in. ij. in Iſa ſcīn. eſt inq; bedegard. Item idem
oicit in ca. de bedegard z dicit q̄ ē ſimiſis albaſe
chen albe. z. **B**. ca. milcōte albe quare v̄l q̄ ba
ſekē ara ſit cameleonte.
Beduster apō. **A**bēmeſue herba quā ignoro. **J**um
debeduster. i. testiculi caſtoei. **V**n. **H**al. tertio
pracie ponens. cōfectōeꝝ anacardinā dicit iude
beduster z. **A**. qnto z **H**era in breuiario ponunt
ad ifam expositōem cōfectedōem anacardine quā
ponit. **D**efue z vbi. **D**efue ponit iudebedu
ſter ipſi ponit caſtoeum z **A**ui. ſi ſynonimis in
Iſa. z. dicit zudebeduster. i. caſtoeum z in ſynoni
mis. **D**efue df beduster. i. caſtoeum. vide Iſa
in gedebeduster. vñ v̄l aliud eē beduster a gēde
beduster.
Bendocum inſra in geloum.
Been ē radix que de armenia defert z ē de eo al
bum z rubeum.
Behlerengi dicebat in deus q̄ ē ſpēs gensem ſeu
zambach.

- Bellaria** seu genicularis latine plātam q̄ greci līn-
cbis vel līnchithis vocat s̄. **D.** de qua iſra in li-
Beledarum pro beledar scriptit **Stephanus** et
anacardus.
Belesem ara.balsamum.
Belili ara.belirici emblici et bellerici ap̄d arabes
inter m̄ robalanos non cōputant. et iō faciunt ca-
eoz separata a mirobalanis.
Bellis **Pli.** i pratis nascitur flore albo aliquaten⁹
rubente r̄c.
Belulidus apud **Jo.** **Ge.** in. vij. in cōfessione dicta
alibulidus voluit dicere physalides et ē alkekēgi
vt infra in si.
Ben ara. ē granum q̄. **D.** vocat balāus repisco a
quo exprimit oleum de ben q̄ ē muscelinū vo-
cum de quo supra in bal.
Beden. **Jo.** **Ge.** in. vij. in quadam decoctione ad
palīsim exponit q̄ ē radix keiri.
Benesigi ara. viola. **Ste.** bñsegum scriptit.
Benerguaridem in. iij. canonis. **A.** ē dictu filiegnā
ride et iunt scarabei q̄ nascitur in balneis vt dixit
mibi arabs.
Bñdicta plāta ē de qua **Butanic⁹** ca. facit q̄ nasci-
tur in locis agrestibus siluosis et humectis.
Bñdach in. vij. **Jo.** **Ge.** in cōfessione triscere ma-
ioris est semen granatorum silvestrium et sūt ge-
nera kikil.
Bengi ara.iusq̄am **Ste.** bñgum scriptit.
Bñcheset et alioñ samecheset corrupte agnum castū
vocant arabes.
Beniegri ara.panictū. vt in li. d doctrina arabica.
Berberi dicūt ara. amberberis arbor eius vocatur
zerarasch et g. otiachātūm.
Berigil ara.petrofelinum vt in li. de doctrina ara.
aliter aut apud. **A.**
Berbena vel verbenā seu veruenia peristereon. i.
colōbaria.g. et gerobatanum sacra herba que san-
guinem. i. sanctimē antiquis dicebatur eo q̄ pa-
gani in sacrificijs et oībus expiracionib⁹ ea vtebāt
Pli. banc legati ferre ad hostes solebant. hanc
ionis ara. verrif domus purgat lustraturqz. **Ge-**
nera eius duo sunt foliosa q̄ seminā putat mas-
rarioib⁹ folijs. ramuli vtriusqz p̄t̄s tenues cu-
bitales folia minora q̄ quercus gratioraqz diui-
suris maioribus flos glaucus radix longa tenuis.
nascitur vbiqz in planis aquosis vtrraqz eiusdem
effectus ē r̄c. **D.** duo facit ea. vnum incipit ge-
robotanum. aliud pistereon de quibus inde. non
sunt idem gerobotanū q̄ ē berbena et peristerō.
nam in vero. **D.** diuersa ca.scribūtur et in forma
et in virtutib⁹ vt in suis locis oīdetur sūt diuersa.
Berengelis exponit apud. **A.** siō q̄ ē abrotanum.
ipse nāqz aliud facit ca. de abrotano diuersuqz ab
eo et in natura et in operationibus. veritas ē q̄ be-
regesit ē artemisia. nā in. vi. de simplici medicina
S. exponit q̄. g. dī artemissia porro si cōparas
ca. eius cū ca. de artemissia ap̄d. **D.** videbis q̄
idem dīt ap̄d **Malibas** in. iij. pratica berēastum
scribitur et alibi berenias eton.
Barili ara. ē piscis stupefaciēs dictus torpedo vt
apud. **A.** ca. de stupore.
Berilori **Jo.** **Ge.** in. vij. in decoctione ad palīsim
ē oscula et vtrūqz ignoro herba tñ ē et forte est pa-
lis. nam nomen ad id vergit. nam arabes. b. p.
p. lfa qua carent sepius ponunt.
Berillus lapis de genere cristalli obscurior eo.
Berchidies in. iij. **A.** ca. de cōgelatione lactis ī ma-
millis. **Dau.** in codem medicamine p̄diciados
scriptit. et sic voluit dicere. **A.** b. pro. p. ponens et
est pitaria vt infra in. p.
Beronice pro vernice. aliquando in antiquis libris
inuenitur.
Berseosce apud **Aui.** scribitur in arabico capillus
veneris.
Berselanū scriptit **Ste.** in synonymis et alibi bersa-
sanum. p. berseoscem.
Bertal ara. paſcer vt in li. de doc. ara.
Bertanich apud **Aui.** in secundo ē betonica apud
Hyascori.
Berciticon gre. vel vt ipſi verciticon piscis dictus
turdus.
Beslesse. p. bislesse q̄ ē macis scriptit **Ste.**
Besed ara. corallus. miratus sum. **A.** verba in. iij.
ca. de solutiuis podragre circa si. vbi ponit medi-
cina āni. s. que reperunt āno toto assidue medi-
camen inq̄t albesed fm monem qui extimaut
q̄ sit alkeiri rubei floris r̄c. ibi et supra v̄ ignoras-
fe q̄ besed sit corallus vt ipsum noiauit in. iij. ca.
ppo. simile etiam medicām scriptit **Alex.** in ſili-
caſu. et vocat. **D.** collarion et ponit corallum. **A.**
vero exponit q̄ besed ē illa alkeiri.
Bessagum scriptit **Stepha.** pro bisbegi q̄ est pol-
lipodium.
Befulidus ara. p̄faliidos greco inuenitur alicubi et
est alkekēgi.
Beta vel bete bleta ſida. **Pli.** alia candida alia ni-
gra alia ſilvestris q̄ limolion vocat alii coloydon
multum minoribus tenuioribusqz ac densiorib⁹
folijs. xi. ſepe caſium r̄c. Item alibi. g. duo ge-
nera faciūt nigrā et cādīdam quā p̄ferūt p̄cili-
mi ſeminis appellatoqz ſilon.
Betonica alioñ vetonica. g. dī cestron q̄ nomen
arabes corrup̄tes dicūt caſram. **D.** cestron q̄
appellatur p̄ſceotriphon. q̄ in frigidis locis na-
scitur. banc romani vetoniam vocant. herba est
aſtam bñs tenuem longam vnius cubiti et q̄drā.
folia longa et tenua ſila drio. obrotunda et diuina
odorata et maiora ad radicem folia inſinata. ſemē
eius ut ſpicabit ſile timbere folia eius collecta
ſiccātur q̄ vſui necessaria ſunt tenues hz radices
ſicut eleboz r̄c. **Ste.** in synonymo.
Betoni quid ē ſp̄es bestanaberali et ſp̄es hemasi
nescio quid dicat si voluit dicere hemaze q̄ vo-
catur acetosam nō bñ dixit infra in vetonica bu-
tanicus ſub noīe hoc betonica ea. p̄pum facit.
Bezard ē ara. omnis medicina liberatua a veneno

nos autem p̄pō vocabulo hoc significante carē
tes tyriacam vocamus. bezard ēt vocant inter-
dum galbanum propter extollētem eius virtutē
contra venena q̄ p̄pō per. A. in descriptione sc̄nā
da tyriace z Jo. Hera. in descriptiōe tyriace vo-
catur. nūbilominus ap̄d eos. p̄pō nomine keurie
vocatur z bezard vel bezabar qdam lapis multū
carus regibus vt in He. inuenis. putant autēali
qui hunc lapidē esse qui generatur in oculis cer-
uorum in oriente qui cum serpentes comedunt
vt deponētes sennū fortiores fiant intrant flu-
mē ibiqz morāt imersusqz ad caput rāciū quo-
usqz sentiant veneni virtutem superatam. intē-
rea lacrimam emittunt q̄ coagulata in oculis itē-
dum v̄sqz ad magnitudinē nucis desiccatur do-
nec cadiit cū flumē exierit z sic inuenis. z hic dicit
ōium v̄nenoꝝ tyriaca.

Bezel ara. est perforatio ventris ydropicorum vt
Jo. He. ca. de ydropisi aliquī p̄ ipso instrumēto
perforandi reperitur.

Beserachathime scriptit Ste. p̄ psilio supra i ba.
Bibarara. puto q̄ sit cotula z est dictu oculus vac-
ce q̄ apud. B. vocatur bulalmos de qua infra
inde forte biblos z biblion q̄ est liber grece.

Bichy. g. vel bechi tussis.
Bichycon. g. confectio ad tussim inde pillule bichi-
chie vt supra in be.

Bidella lepe. p̄ bdellio in antiquis libris inuenit.
Bifere dicunt arbores q̄ bis aō fructiferant.
Bilomon dicit. A. z Dli. q̄ est alfaragi silvestris
z est ex titimallis z dicit glo. q̄ est portulaca bñis
lac. farfagire vera est portulaca p̄pō noie. q̄ quis
apud. A. citr̄z vocetur bacchanica vt supra q̄
duo sunt eius noia duo facit de ipsa capitula.

Bimio ē sp̄s napi vt infra in napo.
Birenū vas est d̄ lapide. s. lebes lusinens ignēz in
secretis. B. in descriptiōe rob de fructibus.

Bisalon grece seu visalon tegula later liber de do-
ctrina greca.

Bisara in antidotario Oribasij in confectiōe dy-
rūdinis q̄ vocat dyatriuras inquit bisare q̄ alijs ar-
molam vocant. alijs rutam agrestē rē. Itēz Ale-
ca. de squinātia bisare quam qdam harmola vo-
cant qdam ruta agrestis z est idem nomē cuz ve-
sala apud. B. sed corruptum.

Bisbeigi arabice polipodium beffaguz. Siepha.
scriptit.

Bisbele ara. macis Ste. bisbasse scriptit.
Bitbath exponit. A. q̄ est virga pastoris quā scies
infra in ui.

Bitumē iudaicum dictum eo q̄ in iudea inuenis.
s. in stagno q̄ mare mortuū d̄ in qd̄ ingreditur
flumen iordanus sicut p̄pō per Hera. z ipsum est
sp̄s napte vt p̄ eūdem p̄pō z per concordiaz. A.
ca. de petroleo q̄ est napta hoc d̄ asphaltū z ster-
eus demonis supra in aspa.

Bissum in regali dispositiōe Dali. ca. de venenis

est napellus apud. A. z d̄ Ara. bie.

Bix nāqz exponit ab. A. napellus. duo facit ca.
de ipsa vnum napellus incipit. Aliud napellus
moys. sed in arabico bit minus scribit.

Blactaria Dli. est filis verbascō que sepe fallit. p
ea capta solis minus cādīcīs caulinis pluribus
flore luteo hec abiectas blactas in se contrahit iō
rome blactaria df.

Blacte bīzzantīe sunt cooptoria ostracorum mari-
norū i milium limacijs. z sunt filii vngulis et
p̄pēa vocāt ara. ad fariataib. i. vngule odorisere
albe sunt meliores infra in psira.

Blactini in quodā antiquo antidotario inueniō ex
positum purpurea. g. blacti non ē purpura.

Bledium fm. B. qdam pullegium vocauerunt.
Belefaron. g. fm Theodorum Dri. estramū-
culus viridis.

Blefaron ristu ap̄d Dau. ca. de tracōatib. istūm
ad scarpellandum palpebras.

Bleta sida beta.

Blitus fm. A. est olus iamēnū grecū vlon vocat.

Boaram ara. tuſſis liber de doc. ara.

Boareb. a. cristallus.

Bobles. Ste. est bulbus besbesum z ē basaleus.

Boblos emeticos idem Ste. carāmeria est bul-

bus voicus.

Bolbos grecus dicit voluos est bulbis z erpōit q̄

est sp̄s cepe.

Bolena in antidotario v̄lī exponit querē nouella.

Bolites. g. boletus songus sed volitis dicit.

Boni ara. bubo. I. amobach alia eius sp̄s.

Bombar grecus bōbir dicit vel vōuit bōbir etiam
vocatur vermis q̄ facit sericum.

Bonades velbōiades in antidotario Oribasij in

tyriaca magna exponit q̄ est semen apii.

Bondoch ara. auellana.

Bomon Ste. estraselbageli z sonat in arabico ca-

put perdicis.

Borago herba nota cibo apta z medicine z flos et

folia z semē. bugolosa d̄ sp̄s eius silvestris. non

reperi aliquem auctorem auctēticum faciētem

ca. de vtraqz si scribit de vna non scribit de alia.

Borat capisqz auri vocāt ara. tincar.

Borecha armīni. p̄ baurach armīni Ste. scriptit.

z aliquī boracum inueniō ab eodem p̄ eodem.

Borith herba fullonum saponaria de qua panicu-

los faciunt quos herbaricos vocāt. z siccant eos

z pro sapone v̄tūt. B. Jeremias silaueris te-

nītro z multiplicaueris tibi herbā borith macula-

ta. es iniquitate. t.

Botani seu votani. g. plāta.

Botin ara. est arbor grani. viridis apud. A. cuius

gūmī est terbentina que d̄ gluctē alboti n̄ albos-

tin vt pleriqz legūt ēterebintus arbor.

Botrachion. g. sed vatrachion proferunt. i. rāinūz

nam vatrachos rana nos raninum apīū dicimus

herbam sceleratam. B. huīus sp̄s sōt quattuor

Una que folia h̄z coriādro similia. sed latio: a et

155

pinguiora et alba florem melinum et aliquam purpurae. vagam non longam, radicem albam non quam tam siccum sicut elebori. nascitur locis aquosis. hec sclerata est. Secunda est longioris tyri et foliis hirtis multo locis incisis. gustu acerrimus. hec multum in forsta nascitur. quod apium agreste dicitur. Tertia est folia hinc puissima et breuissima terti odoris atque incendiosa cum floribus aureis. Quarta species florem hinc lacteum. Alterum genus est que structicem dicitur. nascitur locis fabulosis et in campis arenosis. radix eius articulo est similis quod radiculas paucas et novissimas habet. sed Dlin. ranunculum vocamus quod greci botrachion. Genera eius quattuor. unum pinguioribus quod cornua dracunculi et ad latitudinem malae accendentibus colori livido caule alio gracili et radice alba. nascitur in limittibus humidis et opacis. alterum foliis pluribus foliorum incisuris alias caulis. tertium minimum est grani odore flore aureo. quartum siccum huic flore luceo. hec herba apud Aluicen. vocatur kebikeli.

Botrys. g. vocatur puma species vulnerum oculi a paucis distinctorum et in cornu acavum strictum et modum secunda dicitur mons a latius superiori minusque profundum. tercia dicitur argemon in circulo oculi occupans de pupilla et coniunctio. quarta dicitur epicauta est vulnerum sordidum et ravidum hoc Dau. s. **B**emostenes ut infra in vlcis.

Botrys apud. D. vocatur ambrotia a quibusdam etiam de ambrosia et ea de botrys. botrys inquit herba est fructicosa tota sparsa super terram colore melinum habens per interuersa fuscata. virge ipsius in omnibus ramis semine plene sunt. folia habent similia in tubo agra. sicut maximo odore et bono unde multi pro sua uitate odoris rebus aliis eam adiungunt. nascitur in locis cultis et pascuosis etc. Dlini. id est ultra inuenit in torrentium ripis.

Bracteos. g. sauvia ut macer vracteos grecus.

Bancipathos dicitur greci per morbo.

Branibasis. g. raucedo.

Bradipora. g. generatia poros dicitur Oriba.

Brasica ut voluit quidam est caulis non transplatus. unde. D. omnes species eius sic vocantur.

Dacher caulis romana grecorum brasica lingua etc. multe sunt species. Dlin. brassicam grecum. 3. species differunt crispanum quod selinaculatum vocantur a similitudine foliorum apii. alteram eliam latissimis foliis ex caule excurrentibus unde caulodrum qui dicitur vocauerunt. tercia est proprie appellata karame. tenuioribus foliis et simplicioribus densis similisque amarior sed efficacissima. Cato crispanum marime probat deinde leuem grandibus foliis caule magno et ita silvestris sive erratica. aliqui penteam vocant inimicissimam vino quia precipue vitam fugiat. et si non possit fugere immortatur. folia habentina rotunda parva leuia planitas oleris simillor conditio sativa et infusoria etc. plures alias. D. alibi describit. vide quod a supra-

posita tertia specie quod karambe vocat arabes causam eorum vocant. lapsana est Dlin. iter silvestres brassicas asserit de qua infra in la.

Brata arbor Dlin. in helmeos nascens cypressum similis ex albidis ramis iocundioris ut odor cedri accentu ligno etc.

Bregma capis. g. occiput Oribasius ea. sed dolore capitum sicut etiam exponitur in libro de doctrina greca interdum pro commissura ipsa occipitis ponitur. **B**emostenes vero causa de periquissimo faciendo medicinam capis dicit sic vocari.

Brequequion Stephan. ante persica infra in pre coqua.

Brioteris. D. nascitur in locis algositis radix est eius aspera et stricta et sibi coherens custu dulcis.

Bron herba est duorum cubitorum longa virgas multas et tenues habens in quibus folia nascuntur lepido similia mollia et alba et in summo virgaz profert semen florem album hinc.

Bron Theodorus Dri. li. de simplici medicina vocatur inquit stagnus iqueribus aut populus albis etc. Dlin. li. 13. bron populi albe optima et circa glandum aut cariam in sitientibus aut siccis asperisque secunda in litia cedro etc. videtur usne de hac Ste. bron spugicon a sena et exponit quod est muscus.

Bron maritimum Byascori. super sara et testas in mari astam habens minorem et stipticam etc.

Bron preterea exponitur in libro de doctrina greca quod est alga. et alibi ibidem quod est muscus. Dlin. in libro. xxvij. bron marina herba est non sine medicamine lactuce foliis similis rugosa veluti contracta sine caule ab una radice excurrentibus foliis nascitur in scopolio maritimo testisque terra coprehensis etc. Byasco. licena que supra petram humidam nascitur bron est etc. Et sic hoc nomen tribus rebus videtur conuenire isti plantae marine et que videtur usne et alteri plantae primo a Byasco. descripte. Stephan. bron talassa est tabebulum marinum et est muscus. nam in Aliuicen. est capi. de musco et in arabico scribitur tabebul. scriptis Ste. bron quod est a greco scriptus per ypsilo quod temp. p. y. accipitur.

Britonia ita supra omissum est quod est vitis alba quod g. dicitur ampellos leuucc.

Britanica. Dya. herba est folia habens similia lapatio agresti sed nigra et lanosa gustu stiptica astam longam radicem parvam. Dlinius folia habet longa nigra et radicem nigrum flores iubones vocant. in britania fuit primum inuenta. hec apud Aliuicen. bertanich. vocatur libro secundo. liber antiquus hec eadem et ultra in locis nascitur montuosis humidis et argillo. s. et asperis. dabo sarmos a quibusdam dicitur. Butanicue bretanicam vocat in modum lactuce crescere dicit.

Brochiron et vroco grece pars gutturis vel canna ipsa puluis Dau. ca. sed sputo sanguinis et ifra et pulmone autem aut et vroco facti etc.

- Bromi.** g. auena q̄ vroani liber de doc. gre.
Bromos *Dlinius* semen est herbe serentis spicam nascitur iter virtus segetis auene generē et folio et stipula triticum immittatur in cacuminibus dependentes paruulas veluti locustas habet semen utile ad cathalpasmatu et c. **Ste-bromes** est hamemianum massum.
Bromum dñt romani spūam. **Hy**. secūdam spēciem altiom q̄ est spuma maris dicit plenam eē bromo. Alexander capitu. de dissenteria quādo inquit cum ea sebris adest ulcera in bromi dātur et sordidantur et c.
Broncoceleon. *Cornelius celsus* sic vocant greci tumozem crescentem inter cutem et tracheam arteriam.
Bronchos grece branchus. scribunt tamen vrogchos nam gauma littera ante chi quod sonat ch voces. n. littere assunxit.
Bruchuli in tertio libro *Almansoris* capitu. de sale conditis est species locustarum qui aliquando intātum abundant in terris arabum q̄ terram te- gunt et fruges comedunt et herbam quare contra eos congregātur sicut in exercitum ipsosq̄ colligunt et comedunt salbos et insulbos.
Brumaria apud **Hy**. vocatur plāta dicta ab eo dem lentopodium vel leucopodium q̄. **Al.** vocat artanita infra in le vt supra in ar.
Bruonthalamum **Stephanus** est thabelebum marinum. voluit dicere brionz est muscus maris.
Bubanum in secundo pratica **Haliabas** pro oliba no scribitur.
Bulus. g. napo.
Bubloteni apd. **W.** marubium nigrum
Bubo hoc celon vocat greci q̄ inguen varicib⁹ im- plicatur *Cornelius celsus*.
Bubonion **Stepha**. est hertomum infra in han- tomen.
Bubonocilli dicunt sīn **Pauluz** habentes ruptu ram inguinis.
Bubon grece inguen li. de doctrina gre. vnuon.
Bubo dñ apud nos apā ipsius inguinis.
Bubugi radix in. ij. pratica **Hali.ca**. de radicibus exponitur q̄ est radix capparis.
Buburismus *Alexā.ca*. de dissenteria estrugit⁹ in testinorum et ē nomen fisticum.
Buchor ara. vapor sumigium.
Buchormariem est dictu vapore vel sumigii ma- rie. *Auicen*. dicit q̄ est artanita in capitu. de ar- tanitha. sed q̄ non sit apparent per hoc q̄ dictum est supra in artenita et per *Almāsorem* capitu. d applia. in clisteri. nāq̄ q̄ facit ibi ponit arthāithā et buchormariem. apud **Serapio**. vero buchor mariem est ciclamen.
Buceron apud **Hy**. multi inquit farinā fenugreci sic nominant. sed *Dlinius* buceron vocari dicit ipsummet fenugrecum et est dictu bouis cornu ad similitudinem tecarum eius ad cornua bouz.
Budereg capitu. in **Gera**. tricentesimoquinqua.
- gesimonono.
Buderegi apud. **A.** ē plāta q̄. **W.** erilmon vocat et est sile eruce de qua infra in er.
Bugenis sic scribitur in secūdo. **A.** sed in arā. scribi- tur buyanis infra q̄. y. lfa est vocalis et per se syllaba est peucedanum vt patet per concordiaz il- lius ca. in capi. de paucedano apud **Hy**. et **Se** rapio. ex dictu **Gal.** et vocatur apud **Gera**. her- baturum.
Buglosa. g. dictubouis lingua *Dlini*. eufrosinu⁹ dicitur infra in eu.
Buglosson. g. piscis dictus solea.
Bulbus fm. **W.** duas habet species differentes colore. dicit q̄ rubeus est bon⁹ stomacho et ama- rior est melior. ambe species comestibiles. et **A.** dicit q̄ est cepe paruum q̄ comeditur. Itē. **W.** ca. de cāna vbi dicit q̄ radix eius cum bulbo ex- trahit infra corpori. **A.** dicit cū cepe filuestri q̄ re bulbus videtur cepe filuestre. Item *Joan*. **Se** ra. ca. de augentibus in coitu dicit q̄ est cepe cā peste. Tandem *Auicen*. suo capitu. conatur ip- sum notificare et non videtur plene sciuisse quid sit. *Dlinius* inquit genera greci hoc secere bul- uinensetanion ptyiō accogia egyptias his eri- chion et c. Et ex libro *Albany* buberig inquit h̄z cepas paruas similes cepis croci folia similia fo- lijs pororum flores similes floribus viole et cefā nec per hec nomina scio quid sit proprio nomine bulbus. Apud *Dlinium* vero sepe vocatur bul- bus omnis radix rotunda sīlis cepe.
Bulbus emeticus q̄ est dictu. g. vomicus est nar- ciscus fm **Hy**. capitu. de narcisco. Item ab eo dem vocatur bulbus emeticus quedam planta que nominat hermocales. Item aliis bulbus metepsicus. **W.** quem neauseatilem vocat folia dura silia bulbi nostri qui in ysu ē h̄z in quo fru- etice est bulbus niger et c.
Buloquinum apud **Hy**. dicitur mandragora a quibusdam.
Bule in secundo canonis *Auicen*. sic scribitur sed in arabi. bel et sunt tres medicinae scilicet selbel et sel que sunul apud **Serapio**. describūtur et sunt fructus indie.
Bulimos l. yulimos dicit grec⁹. nos vero bolismū dicimus et est famē vacina.
Buloboz **Pau.ca**. de fractura aurium.
Bulot arabi. glans et secundum eos castanea et ē spe- cies eius.
Bulungi in pratica **Haliabas** est absinthium.
Bulunge ara. ciconia.
Bumas **Stepha**. est lertum agreste et est rapa a- grestis. sed puto q̄ voluit dicere bubas vt supra q̄ est napo.
Bumelia fm. *Dlinium* vocatur quedam species fraxini.
Bunca in libro. iij. *Almansoris* ca. de aromatibus est qđ. **A.** bunchum vocat prolixiusq̄ capi. facit et dicit q̄ est res delata de iamē. in arabico tamē

XVII

scribitur buncheum.
Bumon. **S**. aut actio dñi hastam h̄z quadram et longam digitu grossitudinez h̄n folia minuta ab apio sicut coriandrum flores sicut anetum. semē odoratum sicut iusquiamum sed minus r̄c.
Bupleuron. **D**li. in numero herbaꝝ sponke nascientium hāc greci h̄nt caule cubitali foliis multis longis capite aneti. laudatum in cibis ab. y. in medicina a glaucone et nichandro. sonat i greco bouiscostra.
Buprestis est aial rarum in Italia silinum scarabeo longi pedum fallit inter herbas bouē marie vñ et nomen adiuuenit duorūq tacto selle ita inflamat v̄tūpat r̄c.
Buprestis et vocat **D**li. plātaz q̄ quis a grecis ī cibo laudeſ boum tñ est venenum.
Burachum in pratica **H**aliabatis pro baurach scribitur.
Burak et ara. ana que et bac dñ apud. **A**.
Baranie **J**o. **S**e. ca. de moribus venenosoz exponit q̄ est alſesire. ergo est vitis alba
Burdi ara. exponitur apud. **A**. q̄ est papirus. nec est putadum q̄ sit papirus de qua libri sunt. sed est plāta aquatica velud iuncus latus quo faciūt arabes festariola qua vbi sp̄s involuit que festaria dicunt k̄rtes. antiquitus tñ et eo siebant carte adscribendum. Et ego vidi Rome in monasterio antiquo priuilegia et alia insta in his cartis scripta. extendebātur nāq̄ dilatati et superponebantur series una per transuerſum. alia per longum et liniti quodam glutine cōpimebantur in tātum q̄ ad tenuitatem cartarum redigebātur. de quibus cartis de papiro qui fuit materia eaz et de glutine earum et de modo faciendi **D**li. longum sermonem scripsit in li. 15. ca. de papirus.
In Halauy dicitur ara. burdhī et esherba naſcens in locis burnidis habens folia longa ut gladioli. sed non sūt acuta. et infra in papiro.
Burida apud. **A**. quid sit ignoro. vide tñ an sit burdī de quo supra nam p̄petates eius videntur ad ipsam pertinere. verum in arabi. scribitur buchī.
Busadum scripsit **H**te. p̄baſſed q̄ corallus est.
Busuri apud. **A**. in ara. scribis busir ē q̄ apd. **D**. vocatur flomos q̄ latini taxūbarbamum dñ. hota tñ q̄ yb. cūq̄ in illo ca. apud. **A**. habetur flos bene apparens in ara. habetur aureus et sic concordat cum. **D**. cetera vero ca. cōcordant nisi q̄ **A**. plura obmisit.
Bulurum et balum apud. **A**. sūt dactili imaturi. et omnia nomina repta in illo ca. sunt nomina dactilorum. nam apud arabes diversis nominibus vocantur s̄m varietates et species ip̄oz. cōitera. oēs et amar vocant.
Bulungi ſupea in abrungi.
Butalmon. g. latine bouis oculus sonat apud. **A**. vocatur oculus vase et bigar et v̄f cotula ex descripione eius a. **D**. et in **H**e. libro. In antiqua tñ

trans. **B**. habet q̄ habet flores nigros. sed apud **H**e. ex verbo. **B**. hētūr q̄ habet flores citrios similes floribus camomille. similiter et **A**. quare videtur corruptio in textu antiquo. **D**y. in vero exemplari. **B**uoptamon aut blan dñ hastam elicet mollem folia maratri similia floreꝝ mellinum habens sicut antimus et maiorem oculo similem vñ et nomen accepit. nascitur in ciuitatibus r̄c.
Dli. butalmon similiſ boum oculis folia habet feniculō similia circa opida nascēs fructicosa caule. multi calchiam vocat. et idem etiā in libro antiquo de simplici medicina. Item s̄m **D**y. multi sempuiuam butalmon vocat credas non recte. filii et s̄m **D**li.

Buseidem ara. dicebat **J**udeus q̄ est bistorta estimatione potius q̄ sciret. In gloſis vero Ellinostoris li. iii. super satyrion scribitur q̄ est species satyrionis cuius radix h̄z velut digitos. q̄b li ē verum ipa est illa que palma xp̄i a modernis vocat nam sine dubio ipa est sp̄s satyrionis.

C

Littera greci omnino carēt et eius sono latini vero ipsa in grecis dictionibus vñ sūt vbi greci. k. vel. x. q̄ chi apud eos sonat scribunt. sed arabes. c. lfam eo sono quo nos p̄serimus et iphi p̄serunt ali quādo maxime occidētales. orientales vero eidem. t. līe sonum attribuūt sp̄ unde orientales dicunt catin q̄ occidentales caci vocant et est anulus.
Cabalina herba dñ ip̄oz vbi in li. 6 doctrina greca. et cauda equina.
Cabalitis sp̄s floracis s̄m. **D**. ca. de florace.
Cabarara. capparis. b. p. p. lfa.
Cabrusum aliqui regit de aliqua medicina. et arabs dicunt cabros et est dictu cyprense. a cypro insula. vñ. **A**. qñ dicit alicubi de aliqua medicina cabruſia intelligendum ē cyprenſis.
Cabezi **H**te. script. p. cubeze.
Cacabus veneris papauer palustre. nimphaea idez et enenufar de qua infra in nī.
Caccabū plāta venenosa q̄ a. **D**. dorignum vocat de qua infra in do.
Caccabū et dñ sp̄s stringni que vocat kekengi ifra in stringno.
Cacetica. g. mala hitudo vt **C**assius felix. inde acetica. sed cachexia dixit grecus vt idem **C**assius ca. de dolore veselce aliqui cachoetica inuenitur adiectuum. vt apud. **D**. ca. de aloanthos vletra cachoetica.
Cachille ara. plāta est in **H**e. descripta que a nobis ignorata est.
Cachochimia. g. plenitudo malorum humorum a cacon q̄ est malū et chimus humor kakochimoni exponit in li. de doctrina greca maliis humorib⁹ laborans corpus.
Cachocetes. g. quoddam vicus oculi infra in vlera